eo tempore, quo Florentiam adueneras, vbi in magnificentiſſimo illo S.Mariæ nouæ Noſocomio per biennium Medicinæ rudimenta poſueras, non ex illorum fore ſenſu Medicorum, qui ignorent Phyſicæ Medicinæ metas, dum & intra eius limites metaphyſicos hoſce morbos complecti nituntur, quibus tamen dum præſtant ægri fidem, oleum & operam perdunt, auríque ſimul iacturam faciunt, quod cronicæ curationi inceſſanter perſoluunt compotes nunquam ſalutis. Crediderim opuſculum, quod in argumentum grati animi (vt cætera ſileam nomina) defero, tibi placiturum, in quo & placebis mihi. Intereà loci rogo te, ne quandiu mihi Genua abeſſe contigerit permittas, vt de Epiſtolarum tuarum raritate conqueri iure poſſim. Vale.

Licentia